



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Vtrum foeditas , quam ex libidine trahit in baptismo diluatur. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



missa est, quia reatus solutus est sacramento quod renascuntur fideles: Manet autem, quia operatur desideria, contra quae dimicant etiam fideles. Idem in sermone quodam de concupiscentia carnis. Per gratiam baptismatis, & lauacrum regenerationis solutus est ipse concupiscentiae reatus, cum quo eras natus: & quicquid antea consensisti male concupiscentiae, siue cogitatione, siue locutione, siue actione. Idem in lib. de nuptiis & concupiscentia. Concupiscentia carnis licet in regeneratis iam non deputetur in peccatum quaecumque tamen proles nascitur, obligata est originali peccato. Item. Dimittitur concupiscentia carnis in baptismo: non ut non sit, sed ut non imputetur in peccatum. Hoc est enim non habere peccatum, non esse reum peccati. Quomodo ergo alia peccata praetereunt actu, & remanent reatu, ut homicidium & similia: ita e converso fieri potest, ut concupiscentia praetereat reatu: & remaneat actu. Ex praedictis euidenter monstratur, quomodo peccatum originale in baptismo remittatur.

Aug. ca. 24.  
lib. 1. in fin.

Ibidem Aug.  
lib. eodem  
1. ad princ.  
c. 25. to. 7. de  
nupt. & concupisc.

*De foeditate quam caro ex libidine coitus contrahit, vtrum in baptismo diluatur.* C

Solet autem hic quaeri. Vtrum & ipsa caro in baptismo ab illa foeditate purgetur, quae in conceptione ex concupiscentia libidinis nosa contrahit? Quibusdam videtur, quod sicut anima a reatu purificatur, ita & caro ab illa pollutione purgatur: ut sicut duobus completur mysterium baptismi, scilicet, aqua & spiritu: ita ibi duo purgetur, anima scilicet a reatu, & caro ab illa contagione, quod quidem probabile est. Alii vero putant tantum animam ibi mundari, carnem vero non ab illa foeditate purgari. Si vero remanet illa foeditas usque ad procreationem filiorum, quae fit in concupiscentia carnis, videtur natura carnis magis ac magis corrupti: & magis corrupta videtur caro prolis quam parentis, quia de carne pollutionem quam habuit a conceptu retinente, trahitur polluta,

Inconuenientiam adducit contra istos qui ne-



*gãt carnem  
mundari à  
pollutione.*

*Responsio  
illorum.*

& in concupiscētia concipitur, vnde & polluitur: & ita ex duplici causa contaminatur. Vnde & maior videtur pollutio carnis in prole, quā fuerit in parente. Ad q̄ illi dicunt, quia licet caro prolis ex carne fœda seminetur, & in concupiscētia feminis concipiatur, non tamen maiorem fœditatem trahit, quam caro vnde seminatur, habuit. Quamuis etiam si fœdior atque immundior sit caro prolis, & ideo magis corrupta quam caro parētis: nō inde (vt aiunt) fit præiudicium veritati: quia nec absurdum esse dicunt, si carnis natura magis in posterioribus corrupta trahatur, nec ex ipsa magis corrupta anima amplius inficiatur.

*Ex quo auctore sit illa concupiscētia, Deo scilicet,  
vel alio.*

PRÆTEREA quæri solet, Vtrum concupiscētia quæ post baptismum remanet, & tantum pœnalitas est, ante baptismum vero pœna erat, & culpa, ex Deo auctore sit, vel ex alio? Ad quod breuiter respondentes dicimus, quia in quantum pœna est, Deum habet auctorem: in quantum vero culpa est, diabolum siue hominem habet auctorem.

*Qua iustitia anima munda ex creatione illud peccatum imputetur, cum non possit vitare.*

Solet etiā quæri, qua iustitia teneatur illo peccato anima innocens à Deo creata, cum non sit in potestate sua illud vitare? Non n. per liberum arbitrium illud committitur: quia nō prius est anima, q̄ illi peccato est obnoxia. Ad hoc quidam dicunt, ideo animam reā esse illius peccati, licet munda à Deo sit creata, quia cum infunditur corpori, condelectatur carni: ex quo peccatum contrahit. Quod si esset, iam nō originale, sed actuale diceretur. Poti⁹ ergo ideo recte pōt dici imputari animæ illud peccatum, quod ex corruptione corporis in-euitabiliter trahit, quia vt ait Aug. in lib. de Ciuit. Dei, nō fuit corruptio corporis quæ aggrauat animam;

*Cap. 3 post.  
med. tom 5.*